



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De  
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis  
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXXI. Romana fideicommissi de Alberinis. An, & quando detractiones  
accidentales & quantitativæ, competentes hæredi gravato ex persona  
propria contrà defunctum, possint ab eo prohiberi; Et ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

missario integra remaneat actio, vel agendi ad ipsam rem alienatam pro ejus vindicatione, vel contra gravatum alienantem ad quanti interest eam factam non esse, ad ipsius fideicommissarii arbitrium, seu electionem, ut pluries advertitur in sua materia *sub tit. de fideicom.* Et consequenter eligendo ageare ad id, quod interest contra gravatum alienantem, quod magis expedire advertitur praesertim *dicitur tit.* *de fideicom. in Mantuana dis. 173.* attendendus est valor de presenti, cuius suppletionem actio ad in-

<sup>9</sup> tercile importat; Idque aequa ad lucrum, ac damnum se habere potest, quoniam si casus dedisset oppositum, ut scilicet istius domus valor ex beneficio medii temporis notabile receperisset incrementum, istud fideicommissi commodo, ac respectivè gravati damno cederet, dum adipiscam rem actio competit, ideoque idem dicendum in casu converso ex re-

gula secundum naturam, &c.

Sic autem ubi alienatio licet fiat, ut in praesenti de consensu vocati ad fideicommissum, per quem consensum non censetur remissum fideicommissum, sed solum illud transfusum in premium tamquam per speciem cuiusdam implicita permutatio-<sup>10</sup>nis, vel subrogationis. Et consequenter ex tunc premium inalterabiliter effectum est de dominio fideicommissi, adeo ut si fuisset in alia bona investitum, quæ casuale incrementum, vel decrementum passa essent, commodum, vel respectivè damnum fuisset ipsius fideicommissi.

Credebam tamen, quod de stricta juris censura, gravamen consideret circa tempus, vel modum, quod scilicet dicta imputatio ipso jure facta non es-<sup>11</sup>set, sed quod ea exclusa, dicti Antonii hereditas remaneret fideicommissi debitrix in dicta summa pro reintegrazione; Id autem nimium inspicere refert pro effectibus exinde resultantibus ponderatis supra *dis. 18. & 25.* & cibis, pro jure scilicet creditorum, quorum interesset latifaci super bonis, & corporibus gravato pro eius quota competentibus, fideicommissum verò pro reintegrazione esset creditor, qui venire debet in concurso, & sic magna differentia est inter imputationem ipso jure resultantem, & obligationem restituendi premium, quod habetur in manibus, ac reintegrandi fideicommissum.

Impossibile autem videbatur dare dictam imputationem ipso jure, quoniam illa datur in eo, quod filius habet in manibus de bonis, ac patrimonio parentis de tempore mortis, quando ex legi ministro oritur ipsum debitum, ac fit separatio bonorum, vel quotæ, ad communiter notata in *l. in qua-<sup>12</sup>ram ff. ad trebell. & l. quoniam in prioribus Cod. de inoff. testamen.* Id autem verificabile non erat, quoniam licet per mortem Horatii, fideicommissum particulare in hac domo, aliisque bonis purificatum esset ad favorem Francisci matris, attamen ea nunquam illud agnoverat, & consequenter dicinon poterat quod bona effecta essent de eius dominio, ac remansisset in ejus hereditate, & patrimonio de tempore mortis, de quo tempore, dicto Antonio filio agnoscendi maternam hereditatem, quæ situm fuit jus in ejus bonis pro quota legitimæ ita cadente sub hypothecis contractis praesertim ex causa dotos dictæ Camillæ, de cuius jure Jo. Marcus excipiebat; Ideoque punctus non erat in substantia debiti, sed erat in modo, quoniam ego admittebam ut hereditas Antonii teneretur restituere dictum premium tanquam debitum, a sequendum tamen in concurso cum aliis creditoribus habendo super bonis stabili-<sup>13</sup>bus cadentibus sub dicta quota detractionum, no-

autem in ratione imputationis, quæ extinguitus detractionis ab initio; Verum ista certa veritas in juris irrefragabilibus principiis fundata, pro meo consueto fato, reputabatur ratiocinium, sive ingeni acumen, eo quia non dabantur decisiones, vel autoritates, quæ id dicentes in littera, cum qua hodie procedi videtur, insistendo in moderna insipidum magnificandi individua, non curando indagare, a benè fundata sint, necnè, sive an bene applicentur ad casum.

Dicebant Scribentes pro actrice, (atque Rotina decisionibus praesertim primis admittit,) quod cum non ageretur de fideicommisso universalis, sed de particulari, quod redolat naturam legati speciei, hinc dominium relegata recta via in legatarium transferri dicitur, & consequenter quod ab ipso instanti mortis dicti Horatii, dominium dicta domus, vel pretium ejus loco subrogari, effectum esset dictæ Francisci, unde propter ea verificaretur dictum requi-<sup>14</sup>tum pro imputatione necessarium, quod bonis mansisset in patrimonio de tempore mortis.

Ista verò era fallacia manifesta, quoniam, ut ad-vertitur plures *d. tit. de credito* ad materiam tem-*in l. qui autem ff. que in fraud. cred.* ita translata domini catenus operativa est, quatenus accedit agnitus, & non aliis, & quæ per Franciscam vivi-tem nunquam facta fuerat.

Et quamvis replicaretur de altera vera conclusione plures insinuata in dicta sua materia *sub tit. de fideicom.* quod fideicommissum in vita purificatum, quamvis non agnitus, transmittitur ad heredes, quorum primus si agnoscere neglat, id non præjudicet secundo, vel substituto, qui potest agnoscere, ut praesertim advertitur *d. tit. de fideicom.* *Prænestina dis. 78.* Attamen pariter manifesta fabria erat in applicatione, quoniam ut ex *Peregr. de fideicom. art. 2. num. 15. & seqq. & num. 63.* ac di-*finitur per Rotam plures, & praesertim in Mil-  
lanen. Jurisparronus 4. Decembbris 1658. & 5. Maii  
1660. coram Albergato, haec transmissio fieri dicitur de fideicommisso tanquam agnoscendo, non tanquam agnito, ideoque ad effectum acquisitionis domini necessarius est actus agnitionis, qui cum sequutus esset per actionem post mortem tam Francisci, quam Antonii primi hereditis, hinc dictum effec-  
tum retrotractivum operari non poterat, quoniam donec agnitus sequatur, bona restitutioni sub-  
jecta, continuare dicuntur in dominio hereditatis; Ideoque intellectus resolutionibus in hac parte non acquiescebat.*

---

ROMANA  
FIDEICOMMISSI  
DE ALBERINIS  
PRO  
CLEMENTIA PURA  
CVM  
LAURENTIO DE DOMO, ET ANGELO  
JACOBILLO.  
*Casus varie decisus per Rotam.*

An, & quando detractiones accidentales, & quantitativer, cōpetentes hereditati gravato ex persona propria contraria defunctum, possint ab eo prohiberi; Et quatenus posse,

sint, an prohibita generaliter, agendo tam de potestate, quam de voluntate.

## SUMMARIUM

- 1 *Facta series.*
- 2 *Resolutiones causa.*
- 3 *Testator potest disponere de bonis hereditatis.*
- 4 *Actus prohibere credita propria.*
- 5 *Sed voluntas debet esse certa.*
- 6 *Quando sub prohibitione detractionum non venia credita propriaria.*
- 7 *Prohibita detractione dotum, de quibus dotibus intelligatur.*
- 8 *Dos non dictum soluto matrimonio.*
- 9 *Declaratur conclusio de quan. 3. & 4.*
- 10 *De eodem.*
- 11 *Heres tenet approbare factum auctoris etiam in propria.*
- 12 *Declaratur.*
- 13 *Resoluta hereditate cessat confusio, & iura propria revivisunt.*
- 14 *Per consernum alienationis non censetur remissum fideicommissum.*
- 15 *De approbatione seu imaginaria solutione sibi ipsi.*
- 16 *Detractiones in quantitate impediuntur.*
- 17 *De materia retentionis.*
- 18 *De eadem appropriatione.*

## DISC. XXXI.

- P**AULUS ALBERINUS, institutus TIBERIO, & Jacobo filii, cum reciproca, inter eos, utriusque sene prole decedenti substitut filios CECILIA, strictissima adjecta prohibitione alienationis, ac detractionum quarumeumque, etiam excusa dotum, & cura aliis dispositionibus ad rem non facientibus; Cumque praedecessor TIBERIO absque filiis, universa hereditas consolidata esset in Jacobo, ille prole etiam destitutus, plerique bona hereditaria, ut eorum liberam dispositionem obtineret, sibi adjudicari pro dotibus maternis, aliquis creditis obtinuit, coque defuncto contra Clemenciam uxorem, & heredem, seu donatariam priuilegium instituit. Horatius de ALBERINIS in bonis, seu portione Fulvii Equitis Hierosolymitanus dicti PAULI fratri, iure fideicommisso ab eo in donatione ordinati juxta casum, de quo *sub tit. de fideic. dis. 5.* Deindeque Laurentius, & Angelus, CECILIA filii, in vim illius fideicommissi PAULI, contraria eamdem iuridicium immisionis instituerunt; Et introducta causa coram BEVILAGUA, quamplures inter se varie proceduerunt decisiones sub diebus 23. IUNII 1662. 21. MAI 1663. 10. Decemb. 1664. 27. Ianuarii & 7. Junii 1666. 29 Novembris 1667. utrique parti respectivae favorables pro diversitate plurium partitarum detractionum accidentialium, in magno numero non rem partitarum, & ultra importantium summarum sutorum 16.m. & plus, & super quibus, earumque subsistentia, ac etiam super invaliditatem dicta adjudicationis, ut ea annullata, non posset dici, quod rea convertita possideret tanquam tertius titulo singulatim translatio dominii, qui faceret legitimum contradictem (dum super ipso fideicommisso fatus modica poneque nulla disputatio habita est.)
- Ex dictis autem detractionum novem partitis controversialis, septem consistebant in nudo facto, modicam habentes juris inspectionem, quae pro Card. Luca P. III. de Legit.

pterea super tribus principaliter fuit; Primo scilicet super dote materna notabilem summam imponitatem securi. 13.m. (Eo minus, quod importarent aliquæ alienationes à TIBERIO factæ,) an scilicet ista detractione caderet sub carum prohibitione generali facta per testatorem; Secundo super pretio quartæ partis quorumdam casuum à testatore venditorum spectantis ad portionem dicti Fulvii, in qua Jacobus successerat ex persona propria iure fideicommissi in eo terminati juxta firmata per Rotam, ut dicto dis. 53. de fideicommissu. Et tertio circa ordinem judicij, an scilicet dicta adjudicatio faceret legitimum contradictem; Eo quatenus non faceret, an adhuc pro dictis detractionibus competenter retentio, qua immisionem impediret, ac etiam eauaret pertinentiam fructuum pro rata bonorum sub eisdem detractionibus cadentium.

Quatenus pertinet ad primam; Rota variavit, quoniam in primis duabus decisionibus, creditit dictam detractionem non competere, sed sub prohibitione cadere; Postmodum vero in tertia decisione 10. Decemb. 1664. recedendo à resolutis, contrarium dictum fuit, atque in hac ultima resolutio perstinxit; Et quidem probabilis; Quamvis enim vera sit conclusio, quod testator gravare potest heredem etiam in bonis propriis, atque de his disponere, ejus fideicommissu subiectando, ut pluries firmatur in suamateria *sub tit. de fideicommissu. dis. 34. & seqq.*

Ei in specie, ut prohibere valeat, ne heres ab hereditate detrahatur valeat proprium creditum, quod remittere debet, disponitur in *l. empater. 79. §. T. 10. ff. de leg. 2. & l. s. debitor 12. ff. ad leg. falcid. & supponitur catena relatis apud Peregr. de fideic. art. 3. nu. 3. cum seqq.* Cum punctus portatatis testatoris disponendi cum proprio herede, aliam non habeat difficultatem, nisi illam, qua resultat à captatoria, ut advertitur in dicta fideicommissorum sede, ac etiam *sub tit. de testament. dis. 4. 2.* ubi quod gravamen in rebus propriis debet esse proportionatum emolumento, non autem excedens; Attamen ut patet ex ibidem deducit, punctus est in voluntate, qua debet esse clara, & conspicua, neque in dubio praesumenda est, ex deducit apud Duran. decis. 93. & 119. & in aliis de quibus locis citatis, id est sufficit ut voluntas sit ambigua ad effectum excludendi comprehensionem.

Hunc autem (etiam in sensu veritatis) dicebam esse casum; Siquidem duplex in testamento legitime prohibitio, una detractionum, & altera alienationis; Prima species, absque dubio istud creditum complecti non potest, dum concepta est de omni detractione legitimæ, trebellianica, & cuiusvis alterius portionis, ideoque complecti solum videtur detractiones legales consistentes in quota; Tum ex illo verbo *alius*, quod denotat similitudinem expressis, Tum etiam ex illo verbo *portionis*, quod propriè convenit detractioni quotitativæ, non autem quantitativæ, & accidentalis.

Altera vero prohibitio alienationis, quamvis ultra generalitatem *ex quacumque causa*, descenderebat ad specialitatem, etiam ex causa dotum; Attamen ob hujusmodi generalitatem recte verificabilis est in illis dotibus, qua successivis temporibus constituenda, vel restituenda, causare potuerint alienationes bonorum fideicommissi ad terminos

*Auct. res qua Cod. commun. de legat. ut alias interpretata fuit Rota presentim apud Rotas decis. 4. 4. n. 3. confirmata 24 Martii 1663. coram eodē BEVILAGUA, (& licet incidenter, seu præsuppositivè) in ista in-*

De LUCA  
de  
testamentis  
et catt.  
GVI  
S

dividua dote dictum fuit coram Ottobono inter suas dec. 110.

Atque ad id comprobandum, duas ego addebam considerationes; Primo mempe quod ubi stare vellemus in rigorosa significacione verborum, illa dos comprehendendi non poterat sub dicta dispositione de dotibus loquente, quoniam de tempore testamenti jam solutum fuerat matrimonium, & consequenter evanuerat titulus dotis, quæ non datur sine matrimonio, ac remanserat nudum creditum pecuniarum, ut in sua materia sub tte. de dose.

Ista tamen consideratio, quæ apud aliquos plausum habuit, in meo sensu levissima erat, merè leguleicam subtilitatem continebat, quoniam licet dicta propositione de jure vera sit, ut dos non detur sine matrimonio, à quo tam essentiam, quā nomen recipit, attamen attento communi usu loquendi, dos semel constituta, semper eundem retinet titulum de facto, quod pro regulanda voluntate testatoris attendendum est.

Altera vero solida consideratio erat, quod cum ageretur de summa notabili scutorum i. m. probabile est quod testator cam deduxisset ad specimen, neque contentus esse dicta generalitate, quæ juxta experientiam plurim confilium testamentorum adjecti magis solet ex quadam consueto formulario, seu stylo Notariorum, ideoque ubi alia non accedant argumenta, quod talis fuerit testandi voluntas, ista non de facili ex hujusmodi clausulis, & generalitatibus admittenda est; Quamvis enim, ut advertitur sub tit. de testam. præfertim dis. 58. & infra dis. sequ. magis recepta sit opinio, ut clausula in testamentis adiecta, suam faciant operationem, etiam in testamentis idiotarum, & quamvis non constet, quod disponentes de earum efficacia, & operatione certiorati fuerint, quoniam Notarius ad id generaliter rogatus censetur tanquam in arte peritus; Attrauen id intelligendum est in iis, quæ concernunt validitatem actus, & ne ille ex aliqua juris subtilitate corrueat, ut sunt præfertim clausula codicillaris, & clausula omni modo meliori, ac etiam de facili admittitur hac generica prohibicio detractionum respectu illarum legalium, quæ proveniunt ex quadam juris civilis subtilitate, idèque testatoribus verisimiliter ignota sunt, atque de frequentiori stylo prohiberi solent, ut sunt trebellianica & falcidia; Secus autem ubi agatur de hujusmodi detractionibus accidentalibus, in quibus haeres gravatus gerat, sive reprecentet personam tertii potius quam haeredis; Ac etiam quia dispositio quodammodo turpis videtur, quamdam captoriarum speciem redolens, ideoque difficilius presumenda; Si enim sub hac generalitate non venit legitima, quæ speciali indiget mentione, multo minus venire debent bona propria haeredis, ut etiam dicitur sequ.

Ea etiam notabili consideratione accedente, quod cum dicti filii gravati est, ut fideicommissio indubitate, vel ad favorem propriorum filiorum, 10 ac descendantium in conditione positorum, qui ex Statuto vocati censentur, ac etiam à testatore vocati erant; Vel ad favorem anteriorum substitutorum, utique commodum, sive emolumenatum haereditatis pro eorum vita non importabat dimidium hujus detractionis; Et consequenter dispositio remanebat illicita, unde resultat argumentum voluntatis, quæ juxta vulgare, & quotidiana maxima, regulanda est à potestate; Magnumque argumentum hujus voluntatis exclusivum, pro meo iudicio, resultabat ex neglecta prohibitione legitimæ, cum ea cautela, quæ dicitur

Socini, de qua supra dis. 17. & 18. Si enim testator ad hanc cogitasset, probabilius istam legem detractionem comprehendisset, signum clavis quod dicta generalitas adiecta erat pro style, se formulario Notarii.

Quo vero ad alteram speciem detractionis, inde cedebat controversia: una scilicet in quartuplicite bonorum extantium pro dicti Fulvii portione, que in ista immisso data fuit pro indiviso juxta proximam supra recentitatem dis. 25. & super hoc pene revisio; Et altera super puncto, in quo Rota variorum modis pro una, & modo pro altera parte responderdo, an competenter detracatio quartæ partis preobventi in ipsum Paulum testatorem ex venditione casalium, in quibus Fulvius suam portionem habebat; Et in hoc dicebant Sribentes pro actione, quibus Rota adhaeret, præsertim in decr. 10. Decbris 1664. quod cum Jacobus, cuius personam Clemencia representabat, effet haeres eiusdem Pauli beneficio legis, & inventarii, non poterat actu proprii actionis impugnare, sed illud præcisè servabatur, etiam pro iuribus ex propriis præcompetentibus, juxta regulam textus in l. contraria C. de revendicat. quam juxta imagis communem opinionem, (rejecta contraria Grammaticis 93. & sequacium,) receptum est hodie procedere ex deductis per Peregr. art. 33. numer. 6. & Cyriac. contr. 11. num. 42. Menoch. cons. 89. num. 6. seqq. Buratt. & add. decr. 154. & Rota saepius prætim latè in Romana residu doris coram Cerro, subiit de dose, dis. 24.

Verum (cum sensu etiam veritatis) dicebam continere & quicunque clarum in applicatione, & qua est quotidiana Juristarum infirmitas. Dicta enim conclusio, quam admittebam veram, & non patam, ut plures insinuatur in omni ferme materiali præfertim sub tit. de fideic. (quando conspicuas litas bonorum, vel particularis effectio relata aut alia circumstantia aliud non suadeat) procedat in casu suo, ubi scilicet haeres alienantis, impugnando proprii auctoris factum, vindicare velle ipsa bona tanquam male alienata, sive alijs molestare cum quem eus auctor liberasset, unde propterea immo ret directè impugnatio facti, pro quo ipse haeres evictionem prætare teneretur, ideoque intrare exceptione doli ratione circuitus, juxta regulam, & terminos textus in l. vindicantem ff. de evictione, scilicet autem ubi haeres gravatus, facto casu refectionis, peteret ab haereditate fideicommissaria id, quæ sibi ex propria persona debitum sit.

Ut enim advertitur sub tit. de credito dis. 40. & sub tit. de haered. dis. 28. quamvis creditore fuscidente debitori inducatur confusio actionum, ammen ibi agitur de haerede revocabili, tunc tamen casu revocationis, ac resoluto titulo haeredacie tanquam per reductionem causa ad non causam minima eura reviviscunt, sive verius, (ut noluntur) excitantur potius tanquam à somno, quæ tanquam à morte; Et consequenter omnia propria iura detrahit vel petit. Peregr. de fideic. art. 35. numer. 3. Greg. decr. 21. m. 4. & 5. Et in specie retentionis bonorum secundi testatoris pro alienationibus factis de bonis antiquioris fideicommissi specie, tanquam absque ulteriori restituitione, habeatur, p. tit. de fideic. in Fulginaten. dis. 73. & in aliis.

Hinc proinde advertebam, quod qualitas hereditaria alienantis, aliud in propulo operari non videtur, nisi quandam virtualem, atque à lege facta, telle etiam præstationem consensu, quam vocari

ad fidicommisum faciat in alienatione facta per gravatum quoniam ea operativa est ad reddendum emptorem tutum, & ne facto casu fidicommisum molestarī valeat à consentiente; sed non tollit gravati alienantis obligationem restituendi acceptum pretium, ut advertitur *disc. praecedenti*, & d. *in de fidicomm. disc. 176.* Iustumque dicebam esse causum, id est benē simul, quod hæres alienantibus habeatur pro consentiente, ac approbante factum auctoris respectu tertii, & tamen quod pertat restitucionem pretii, ideoque conclusio vera, sed male applicata, ac propter eā quæstio reducebatur ad voluntatem testatoris, an id voluerit.

Demum quod tertium punctum respicientem ordinem, ille duas habebat partes; Unam super invaliditatem adjudicationis, quam hæres gravatus sibi ipsi per judicem fieri curaverat, ad effectum, ut ea tanquam invalida, ac habenda pro infecta, non faceret possessorum titulum singulari, minusque legitimam contradicorem, & haec consistebat potius in facto, quā in iure super non benē servato ordine in hujusmodi adjudicationibus necessario, uixit deducta in sua materia *sub tit. de hered. præl. disc. 22.* ubi habetur, an, & quando intret, ac valeat bonorum appropriatio, quam hæres gravatus sibi ipsi pro eius creditis, ac juribus faciat.

Altera vero erat inspectio, an admissi etiam nullitate dictæ adjudicationis, competenter pro dictis detractionibus retentio; Atque in hoc regula huic parti assisteret videbatur, quoniam, cum ageretur de detractionibus quantitatibus, non intrat praxis dan-

dictionis immisionem pro indiviso, sed impeditur immis-

io in totum ex ratione differentia, quod illæ pos-

sunt absorbere totum, ut advertitur *supra disc. 25.*

Hoc tamen non obstante, processum fuit cum regula generali, de qua plurim *sub tit. de credito*, &

in his terminis retentionis competenter hæc digra-

*17. vato in d. Eulgynaten. sub tit. de fidicommis. disc. 73.*

ac etiam in *Eugubina*, & *Perusina eod. tit. de fidic-*

*commis. disc. 197. & 198.* ut scilicet retentio exigat

pro eius necessario requisito debiti liquiditatem,

quod pro illiquidis concedenda non sit;

Verum ut advertitur in supra allegatis *disc. 73. 197.*

& 198. de fidicommis, nunquam intellectus

acquiescere potuit huic generalitati, quæ (ut dici solet,) quamdam judaismi speciem redolere videtur,

quoniam commendabilis quidem est iste rigor in

casu suo, ubi scilicet aliquis cum virtute se intrudat

in bonorum possessione vacanti, deindeque ad se

confondendum in spolio adversus antiquum posses-

sorem, vel novum successorem, cui possessio debi-

tast, cum incertis, & illiquidis prætensionibus se

tuueret, atque more Fiscalium litigare manibus

plenis. Secus autem ubi possessio bona fide, ac sine

vicio obtenta sit iuxta casus, de quibus in proximè

allegatis *discr. 197. & 198. de fidicomm.*

Multò verò magis in isto casu, in quo non agebatur de pos-

sessione bonorum vacantium de facto adepta post

mortem possessoris, sed de illo, qui continuabat an-

tiquam possessionem, atque detractiones erant in

substantia certæ, & liquidæ, solùmque illiquidis deduciebatur ex fructibus lite pendente per-

cepitus, & restitutus, in quibus ramen erat major

illiquiditas, quoniam incertum adhuc remanebat,

an in hæreditate aliquid remaneret ultra id,

quod importabant bona cadentia sub detrac-

tionibus, dum illa imaginaria solutio, quam hæres

etiam non servatis scravatis propria auctoritate fi-

bis faciat, quamvis non suffragetur ad perfectam, &

uretradicibilem acquisitionem dominii; Suffragatur

*Card. de Luca P. III. de Legit.*

tamen ad effectum faciendo suos fructus, ut in dicta sua materia *sub tit. de hered. præl. disc. 28.* Et consequenter videbatur magnus rigor, quoniam regulæ, seu conclusiones sunt verae, sed in casibus suis, & quando earum ratio congruat; Adhuc tamen causa penderet.

## INTERAMNEN. DETRACTIONUM

PRO

VALEARIO PANCRATIO

*Responsum pro veritate.*

Antrebellianica prohiberi possit filiis primi gradus; Et quatenus ad sit potestas, quando adesse censeatur voluntas, quod scilicet prohiberi voluerit; Et quid ubi agatur de testamento idiotæ, vel mulieris, in quo talis prohibitio contineatur, an constare debeat extrinsecus, quod ex voluntate testatoris talis prohibitio adjecta sit, quod que alias presumatur adjecta de *stylo Notarii*.

### SUMMARIUM.

- 1 *F*acti series.
- 2 *D*e questione, & opinionibus in questione an trebellianica prohibeatur filiis primi gradus.
- 3 *I*n Rota recepta est opinio affirmativa.
- 4 *Q*uod in epistola dubitatio, ac opinio tenentium negaturam.
- 5 *A*nhæres ubi non detrahant trebellianicam, petat salarium.
- 6 *A*n prohibitio trebellianica censeatur apposita de *stylo Notarii*, ut non operetur.
- 7 *Q*uomodo procedendum sit in questione circa clausulas codicillarem, aliasque clausulas.
- 8 *Q*uando adesse dicatur voluntas conjecturalis prohibendi detractiones, & quales conjectura defiderentur.

### D I S C . XXXII.

**C**onsulitus ex parte Valerii, an in testame-  
to Martalicis, in quo Andreas filius institu-  
tus gravabatur ad restituendum Angelum in-  
tegram hæreditatem, prohibita censeretur  
trebellianica, & quatenus voluntas ad esset,  
an substantialis effet defectus potestatis, dum age-  
batur de filio primi gradus; In Responso duplicem  
constituebā inspecionem, potestatis, & voluntatis.

Quatenus ad primam pertinet; Respondi, quod  
licet apud antiquiores, magna, nimiumq; involuta  
fuerit ista questio, an trebellianica filiis primi gra-  
dus prohiberi valeat, ita scribentibus per classes inter  
se divisitis, ut aliqui moderniores, pro consueta legi-  
leica ineptia insistentes in numero arithmeticō una,  
vel alteram tenentium, & quānam effet magis com-  
munis, illam dixerint simplicitatem, quod effet ques-  
tio cum Cæsarea decisione dirimenda, quasi quod  
temporibus nostris Cæsar effet ille idem, qui in anti-  
quo Romano Imperio leges proferbant in toto Or-  
be, ut patet ex iis, qua polt antiquiores cumulantur  
per *Amat. decis. March. II. Reden. cons. 76. latè Andr. contr. I. ubi pro otio quod cōceditur iis, qui in parvis  
Civitatibus vivūt, magno adhibito labore ad proba-*

De LUCA  
de  
stantis  
et lat.  
GVI  
S